



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Charitativum subsidium quando, & à quibus exigere poßit?
Allegatio LXXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

38 Inferitur ſecundo nulla monaſteria, vel Eccleſias inferiores, exceptis Parochialibus, debere iſtam quartam, attento iure cõmuni, cum eodem iure ad nullas alias Eccleſias pertineant decimæ, ex quibus iſta quarta detrahitur. Vnde ſequitur illam eſſe legis diœceſanæ, *Cochier. de iuriſdict. Ordin. in exemplis parte prima quæſt. 15. numero ſexto à qua exempta ſunt monaſteria, Abb. in capit. 1. de ſtatu monachor. Bertachin. tract. de Epifcopo, libro quarto parte ſecunda quæſtione trigeſima quinta numero 80. quos refert, & ſequitur Cochier. d. par. 1. quæſtione 16.*

16 Inferitur tertio conſuetudinem poſſe variare circa ſolutionem huius quartæ decimationum, poteſt enim in totum tollere illam, cum præſcribi valeat contra Epifcopum, d. capit. de quarta, vnde hodie tertia decimationum ab aliquibus Eccleſiis debetur Epifcopis, ab aliis vero nec tertia, nec quarta. Et in aliquot Epifcopatibus hæc tertia, vel quarta decimationum debetur Capitulis Eccleſiarum Cathedralium propter ſeparationem factam inter Epifcopos, & Capitula ex conuentione illorum, ex quo tamen non ſequitur iſtam quartam, vel tertiam non eſſe ius Epifcopale ſua natura. Hinc Canonica partio de qua ſupra egimus, Epifcopo, vel Eccleſiæ parochiali debita pro parte, vel in totum conſuetudine, ſeu præſcriptione poteſt tolli, & ad id ſine titulo ſufficit tempus quadraginta annorum, ita poſt Panormit. & Silueſt. reſoluit Fr. Ludovic. Miranda d. 9. 48. art. 5. concl. 2.

40 Cathedralicum, quod ob honorem Cathedralis Epifcopalis ſic vocatur d. capit. conuerſente, de offic. Ordin. capit. paſtoralis, de donat. Flam. de conſuet. quæſtione 15. numero quinto vltra procuracionem Epifcopis debetur, gloſ. in ſumm. & capite 1. & capit. inter cetera, 10. q. 3. Franciſc. Leo d. capit. 14. numero quinto praxis Epifcopalis par. 1. verbo ius Cathedralicum.

41 Vbi in §. 1. aſſerit, quod debetur per Presbyteros ſuis Epifcopis, & quod ſolet dari pro feſto Natiuitatis, & Reſurrectionis Domini, & in §. 4.

42 Reſoluit, quod non poteſt præſcribi, licet per contrariam conſuetudinem, poſſit aliter introduci, de quo etiam Aloyſ. Ricci. in praxi aurea reſoluit. 182.

43 Taxam autem huiusmodi cathedralitici ponit gloſ. in d. cap. conuerſente, de officio Ordin. verbo duos ſolidos, qui ſoluendi ſunt ſecundum taxam, quæ antiquitus ſolui conſuevit, Bald. conſil. 23. volum. 1. quem refert Aloyſ. Ricci. d. reſolut. 182. n. 1. Surd. conſ. 454 n. 12.

44 Sed quia ſolidorum valor conformis non eſt, immo varius attenda diuerſa prouinciarum taxatione, vt per Conar. libro primo variar. cap. 11. numero 3. & de veter. numiſm. cap. 6. numero 5. Gregor. l. 9. verbo de Oro, tit. 4. part. 5. Gutier. de iuram. confirmat. part. 1. capite ſeptimo, num. quarto, Surd. conſil. 454 n. 11. Molina de iuriſt. tract. 2. diſput. 278. verſ. dubium tamen eſt, Chriſtoph. de Paz in ſcholijs ad leges ſtyli. l. 84. à nu. 1. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 51. numero 14. adeo attendenda eſt diuerſarum cathedralium conſuetudo bona, & rationalis in eius taxatione, praxis Epifcopalis d. verbo in Cathedralicum, §. 2. Aloyſ. Ricci. d. reſolut. 182. numero primo in fine, praxis nonis Epifcop. parte ſecunda capite ſecundo, numero vigeſimo.

vbi reſoluit etiam quod cum Cathedralicum detur in ſignum ſubiectiõis, & in honorem Cathedralis, nullo tempore præſcribi poteſt quominus debeat, in parte tamen præſcribi poſſe tenent Abb. in cap. paſtoralis, de donat. Henrig. Bottæ de ſynodo Epifcopi part. ſecunda numero 90. Vnde licet pleno iure liberaretur Eccleſia adhuc non cenſeretur remiſſum Cathedralicum, niſi expreſſe ponatur gloſ. in d. capit. paſtoralis, nemo enim cenſetur eſſe ſine ſubiectiõne, alioquin cenſeretur accephalus, capit. nulla ratione, diſtinct. 93. Regulares tamen ab illius præſtatione ſunt exempti, capite inter cetera, 10. quæſt. 3.

SYMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur qui de charitativo ſubſidio tractarunt.
- 2 Charitativum ſubſidium dicitur charitatis auxilium, quia à principio ex charitate peti debet, non per vim extorqueri.
- 3 Charitativum ſubſidium petitur quando redditus propria Eccleſia non ſufficiunt.
- 4 Diuites poſſunt compelli officio iudicis ad dandam eleemoſynam egenibus tempore magna famis, & neceſſitatu.
- 5 Epifcopus, ſubſiſtente manifeſta, & rationali cauſa, poteſt ſubditos clericos compellere, ad charitativum ſubſidium ſoluendum.
- 6 Iudex in cauſa propria poteſt eſſe Epifcopus ſubſiſtente manifeſta, & rationali cauſa, quæ ſpectet ad dignitatem, & honorem Eccleſiæ.
- 7 Epifcopi, Archiepiſcopi, Primates, ſeu Patriarchæ in ciuitatibus, & diœceſibus ſuis poſſunt data manifeſta & rationali cauſa ſubditos ad ſubſidium charitativum cogere.
- 8 Charitativum ſubſidium exigere poteſt Epifcopus electus & confirmatus, licet nondum conſecratus.
- 9 Archiepiſcopus, Primas, & Patriarcha ab Eccleſijs, & clericis ſue prouinciæ extra diœceſim ſuam iure ſubſidium charitativum exigere non poſſunt.
- 10 Adminiſtrator, ſeu coadiutor datus Epifcopo per Papam, vel Eccleſiæ Cathedrali vacanti, poteſt à ſubditis illius Eccleſiæ exigere charitativum ſubſidium.
- 11 Charitativum ſubſidium debet Epifcopus exigere cum conſilio Capituli ſui, & clericorum.
- 12 Vicarius generalis Epifcopi non poteſt charitativum ſubſidium exigere, niſi ſpeciali ipſius Epifcopi mandato.
- 13 Capitulum ſede Epifcopali vacante poteſt charitativum ſubſidium exigere.
- 14 Capitulum ſede vacante non poteſt ſtatutum concedere, quo charitativum ſubſidium in futurum ex parte minuetur.
- 15 Cardinales in Eccleſijs ſuorum titularum charitativum ſubſidium petere poſſunt.
- 16 Legatus Papa habet ius exigendi charitativum ſubſidium ab Eccleſijs prouinciæ ſibi delegate.
- 17 Prelati Epifcopo inferiores non poſſunt de iure ſubſidium charitativum exigere, ſed privilegio, vel conſuetudine.
- 18 Abbates, vel priores non poſſunt exigere charitativum ſubſidium ab Eccleſijs ſecularibus, vel Regularibus monaſterijs ſibi non plenè iure ſubiectis.

- 19 Praepositus, siue Praefectus totius Ordinis Regularis potest charitativum subsidium à monasterijs Ordinis sui pro sumptibus necessarijs ad gubernationem Ordinis si aliunde non habeat bona.
- 20 Commendatarius perpetuus Ecclesiae Cathedralis habet legitimam administrationem, & potest exercere iurisdictionem, quae competet Episcopo titolato.
- 21 Commendatarius perpetuus Ecclesiae Cathedralis potest exigere charitativum subsidium ab Ecclesijs sibi subiectis.
- 22 Papa charitativum subsidium potest exigere ab omnibus clericis, & Ecclesijs.
- 23 Papa liberam habet administrationem omnium beneficiorum, & est dominus, & ordinarius cunctorum, & Episcopus vniuersalis Ecclesiae.
- 24 Exemptio generalis non censetur eximere à charitativo subsidio per Papam imposito.
- 25 Charitativum subsidium non potest praescribi.
- 26 Praelatus qui potest charitativum subsidium exigere, debet prius congregato Clero cum charitate, & humanitate ei exprimere causam suae indigentiae.
- 27 Causa ad charitativum subsidium exigendum debet esse manifesta, & rationabilis.
- 28 Causa manifesta, & rationabilis, quae dicatur in exigente charitativum subsidium, ostenditur.
- 29 Charitativum subsidium potest Episcopus exigere pro consecratione, vel pro solutione debitorum in Ecclesiae utilitatem contrahentium.
- 30 Charitativum subsidium potest exigere Episcopus si magnas fecerit expensas in negotijs totius diocesis communibus pertractandis.
- 31 Charitativum subsidium potest Episcopus exigere pro fabrica sua Ecclesiae, vel aliare continente illius publicam utilitatem, vel conseruationem.
- 32 Charitativum subsidium exigere potest Episcopus si iter facturus sit ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem ob Ecclesiae suae utilitatem.
- 33 Charitativum subsidium potest exigere Episcopus si visitaturus sit limina Apostolorum.
- 34 Charitativum subsidium potest exigere Episcopus si velit ire ad Concilium Provinciale.
- 35 Charitativum subsidium potest exigere Episcopus si impensas necessarias, & alicuius momenti fecerit in aduentu Imperatoris, Regis, vel Principis.
- 36 Episcopus quoties rationalis causa subest non solum semel, sed etiam pluribus vicibus potest charitativum subsidium exigere.
- 37 Charitativum subsidij summa quae sit exigenda, ostenditur.
- 38 Charitativum subsidium clerici ex urgenti causa possunt compelli soluere ultra taxam solitam.
- 39 Charitativum subsidium ratione beneficiorum potest Episcopus exigere à Clero, & Ecclesijs suae ciuitatis, & diocesis.
- 40 Laici charitativum subsidium soluere non compelluntur.
- 41 Declaratur text. in c. cum Apostolus, §. prohibemus, de censibus.
- 42 Feudi ipsius quarta pars anni redditus pro subsidio charitativo est soluenda.
- 43 Capitulum, seu Canonici Ecclesiae Cathedralis tenentur Episcopo suo praestare charitativum subsidium.
- 44 Charitativum subsidium non debetur ex distributionibus quotidianis inspecto iure communi, nisi contrarium fuisset statutum.

- 45 Monasteria non tenentur praestare Episcopo charitativum subsidium.
- 46 Declaratur Clement. 1. & 2. de censibus.
- 47 Exemptae Ecclesiae non tenentur praestare Episcopo charitativum subsidium, quod ut intelligatur ibi ostenditur.
- 48 Clerici nulli ecclesiasticum beneficium habentes, non possunt cogi Episcopo praestare charitativum subsidium.
- 49 Clerici pauperes, qui ex redditibus suorum beneficiorum nihil habent ultra honestum victum, minime cogi possunt ad charitativum subsidium praestandum.
- 50 Beneficium habens, sed nullos fructus aliquo fortuito casu percipiens, ad subsidium charitativum non tenetur.
- 51 Rector Ecclesiam habens in una diocesi, praedia vero in alia, tenetur soluere charitativum subsidium Episcopo in cuius diocesi sita est Ecclesia.
- 52 Pensionarius antequam ad subsidium charitativum, ostenditur.
- 53 Charitativum subsidium, cui Episcopo sit soluendum quando Ecclesia est in confinio duarum diocesium, ostenditur.
- 54 Successor in beneficio soluere subsidium cogitur, quod antecessor beneficiarius non soluit.
- 55 Hospitalia quando teneantur ad charitativum subsidium, ostenditur.

EPISCOPVS CHARITATIVUM subsidium quando, & à quibus exigere possit?

ALLEGATIO LXXXVII.

- 1 DE charitativo subsidio peculiares edidere tractatus Barthol. Bellencinus, Remig. de Gournis, & Francisc. Pannus, & aliqua tractarunt Duenn. regul. 89. Menoch. de arbitr. casu 178. & 179. Nauar. cons. 10. in antiq. alijs 5. in nouis, sub tit. de censibus, Sayr. in floribus decif. sub eodem titul. decif. 11. Quaranta in sum. bullarj, verbo Concilium provinciale numero octauo. Azor. institut. moral. parte secunda libro nono, capite decimo quarto. Cened. ad Decretal. collect. 115. à numero sexto: praxis noua Episcop. p. 2. capit. 2. numer. 11.
- 2 Charitativum subsidium secundum Host. & alios in capite conueniente, de officio Ordin. dicitur charitatis auxilium, quia à principio ex charitate peti debet, non per vim extorqueri, ut colligitur ex cap. ex parte, de censibus, & appellatur subsidium, quia licet subsidiaria actio datur quando deficit propria, & specialis actio ut in §. fin. instit. ad leg. Aquil. & in §. fin. ubi glos. Instit. de interd. &c.
- 3 Ita hoc subsidium petitur quando redditus proprie Ecclesiae non sufficiunt pro oneribus incumbentibus, Bellencin. d. tract. de charit. subsid. quaeft. decima quarta. Azor. d. d. capite decima quarta quaeft. 2. Guid. Papae decif. 371. quem refert Aloys. Ricc. in collect. decif. par. 1. collect. 52. Praescribi autem numquam potest, esset enim praescribere contra charitatem, Bellencin. quaeftione 45. praxis noua Episcop. d. numero 11.

4 Quamvis huiusmodi ſubſidium charitativum dicatur charitatis auxilium, tamen cum officio iudicis poſſint diuites compelli ad dandam elemoſynam egentibus tempore magnæ famis, & neceſſitatis, *Azgr. inſtitut. moral. p. 2. lib. 12. capit. 13. q. 3. Henr. in ſum. lib. 13. c. 17. §. 5. in fine. ſurd. de alimēt. tit. quæſt. 3. numer. 27.*

5 Ita Episcopuſ ſubſiſtente manifeſta, & rationabili cauſa poterit ſubditos clericos compellere ad huiusmodi ſubſidium ſoluendum, ita *Hoſt. Ioan. Andr. Butr. & Abb. in c. cum Apoſtolus, de cenſibus, & plures alij, quos refert, & ſequitur Rendina in promptuario recept. ſentent. tit. 38. numer. 12. immo Lap. alleg. 20. quæ incip. Si vacante, dicit poſſe Episcopum propter hoc clericos excommunicare, quod probat ex Clem. frequens, de exceſſ. Præl. Et Auditores Reg. in nouis deciſ. 42 §. aliàs 13. quæ incip. item extra Regam petebatur conſilium, dicunt poſſe Episcopum in ſua diœceſi edictum proponere, vt vbicunque clericus beneficium habens non ſoluerit ei charitativum ſubſidium intra certum tempus ſit excommunicatus.*

6 Nec obſtat quod Episcopuſ videatur eſſe iudex in cauſa propria contra l. 1. c. ne quis in ſua cauſa; quia reſpondetur, quod ſubſiſtente manifeſta, & rationabili cauſa, quæ ſpectet ad dignitatem, & honorem Eccleſiæ, poteſt Episcopuſ eſſe iudex in cauſa propria, cap. Romanus, de panis, cum traditis per praxim Episcop. parte 1. verbo Episcopuſ, Alexand. Trentaſing. vari. reſolut. lib. 2. tit. de iudic. reſolut. 5. numer. 7. Maria in votis nouiſſ. deciſ. voto 57. num. 23. ſurd. conſ. 50. tùm etiam ratione notorij, & manifeſti, Trentaſing. d. reſol. 5. n. 6. D. Barboſa in l. ſi de vi, n. 143. ff. de iudic.

Huius Alleg. materia in tres diuidetur articulos, primo examinabitur, qui poſſint huiusmodi ſubſidium exigere: ſecundo quibus ex cauſis: tertio à quibus perſonis.

Charitativum ſubſidium qui poſſint exigere.

7 Episcopuſ, Archiepiscopuſ, Patriarcha, ſeu Primates, in ciuitatibus, & diœceſibus ſuis poſſunt, data manifeſta, & rationabili cauſa, licite ſubditos cogere (cum charitate tamen, & debito moderamine) ad charitativum ſubſidium ſoluendum, quo ſuis conſulant neceſſitatibus, ita probant *text. in capit. conquirente, in fine, de officio Ordinarij, & in c. cum Apoſtolus, §. prohibemus, de cenſibus poſt alios Oldrad. conſ. 104. & 234. Lap. allegat. 20. Duenb. regul. 89. Palat. in repet. capit. per veſtras, notab. 2. §. 27. à numero decimo. Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. gloſ. 6. à numero 13. Menoch. de arbit. caſu 178. numero primo. Cened. ad Decretal. collect. 115. numero 6. de auar. conſ. 7. ſub tit. de cenſibus, in antiq. ſayr. in ſloribus deciſionum ſub eodem tit. deciſ. 7. praxiſ noua Episcop. p. 2. c. n. 11. Bellenc. d. tract. de charitativo ſubſidio, q. 1. n. 1. Azgr. diſt. c. 14. q. 5.*

8 Quod quidem ſubſidium exigere poteſt Episcopuſ electuſ & confirmatuſ nondum conſecratuſ *Bellenc. q. 9. Azgr. d. q. 5. in fine, ex eo quia hoc eſt iuriſdictionis, non Ordinis, diſt. cap. conquirente, in fine.*

9 Archiepiscopuſ, Primas, & Patriarcha ab Eccleſijs, & clericis ſuæ prouinciæ extra diœceſim

ſuam iure tale ſubſidium exigere non poſſunt, quamvis conſuetudine recepta alicubi id fortaliſ poſſint *Bellenc. diſt. tract. q. 2. Azgr. diſt. c. 14. q. 5. verſ. ſed dubie quæſtionis eſt.*

10 Adminiſtrator vero, ſeu coadiutor datus Episcopuſ per Papam, vel Eccleſiæ cathedrali vacanti, poteſt à ſubditis illius Eccleſiæ exigere charitativum ſubſidium per *tex. in cap. ſi cui, de elect. lib. 6. & in capite ult. in fine, de ſupplenda negligent. Prælatorum eod. lib. Bellenc. q. 8.*

11 Et quando Episcopuſ à Clero ſuo exigere vult charitativum ſubſidium debet facere cum conſilio Capituli ſui, & etiam ipſorum clericorum per *tex. in cap. notis, & in cap. quanto, de hiſ qua ſunt à Prælatis reſolunt Innocent. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in diſt. capit. cum Apoſtolus Bellenc. quæſtione decima.*

12 Vicariuſ generalis Episcopuſ non poteſt tale ſubſidium exigere, niſi ſpeciali ipſius Episcopuſ mandato, hoc enim nullo iure eſt illi conceſſum, & proinde in generali mandato, quod accipit ab Episcopuſ non continetur *Bellenc. q. 21. Azgr. d. c. 14. q. 5. verſ. vicariuſ.*

13 Capitulum Sede Episcopali vacante poteſt tale ſubſidium exigere *gloſ. verbo alinnde, in cap. cupientes, §. ad hac, de electio. lib. 6. vbi Ioan. Monach. Archidiacon. & Dominic. Bellenc. q. 7. Azgr. d. q. 5. verſ. item collegium. Nequit tamen ſtatutum condere, quo tale ſubſidium in futurum ex parte minuat, Bellenc. quæſt. 45. Azgr. d. capit. 14. q. 7. verſ. item Canonicoꝝ.*

14 Cardinales, cum in Eccleſijs ſuorum titularum iuriſdictionem habeant de iure communi, c. capite quærelam, de elect. Alphons. Aluarez Guerrer in ſpeculo iuris Pontific. ca. 28. poſt princ. verſ. de Reuerendiſſimis, pag. 72.

15 Tale ſubſidium petere poſſunt *Ioan. Mon. in c. 1. de maior. & obedient. lib. 6. Bellenc. q. 3. Azgr. d. q. 5. verſ. quæres.*

16 Legatuſ Papæ, cui commiſſum eſt poenæ legationis officium in ſua prouincia, cum omnia libere & immediate poſſit, quæ quilibet Ordinariuſ iure, ſiue conſuetudine poteſt, vt probat *Speculator tit. de legato, §. nunc oſtendendum verſ. legatuſ, igitur habet ius exigendi huiusmodi ſubſidium ab Eccleſijs prouinciæ ſibi delegatæ, Bellenc. q. 12. Azgr. d. q. 5. §. quid dicendum.*

17 Prælati Episcopuſ inferiores iure quidem non poſſunt tale ſubſidium exigere, ſed priuilegio, vel conſuetudine: ita *Bellenc. q. 4. Azgr. d. q. 5. verſ. quid dicendum, Boer. deciſ. 133. quem refert Aloyſ. Rec. d. collect. 52. Duenb. regul. 91. Cened. d. collect. 115. n. 7. ad fin. & idem Bellenc. q. 5.*

18 Reſoluit quod Abbateſ, vel Prioreſ non poſſunt exigere charitativum ſubſidium ab Eccleſijs ſecularibus, vel Regularibus Monaſteriis ſibi non pleno iure ſubiectis, & addit ex *Calderin. conſ. de cenſibus.*

19 Præpoſituſ, ſiue Præfectuſ totiuſ Ordinis Regularis poſſe huiusmodi ſubſidium petere à Monaſteriis Ordinis ſui pro ſumptibus neceſſariis ad gubernationem ordinis, ſi aliande ratione præfecturæ non habeat bona, quæ ad hoc onuſ ſuſtentandum deſtinata ſuſſiciant.

20 Commendatariuſ perpetuuſ Eccleſiæ Cathedralis cum habeat legitimam adminiſtrationem, & poſſit exercere iuriſdictionem, quæ

competeret Episcopo titulari, ut tenent *Archidiacon. in cap. memo deinceps, de elect. lib. 6. Innoc. in cap. si constituitur de accus. Card. in Clem. ult. de procuratoribus, quest. 12.*

21 Potest exigere charitativum subsidium ab Ecclesijs sibi subiectis, *Bellencin. questione sexta. Azori. dict. questione quinta versicul. Commendatarie.*

22 De Romano Pontifice dubitari non potest, quin hoc subsidium possit exigere ab omnibus clericis, & Ecclesijs, *Bellenc. q. 1. n. 2. Azor. d. qu. 5. in princip.*

23 Tum quia liberam habet administrationem omnium beneficiorum *cap. 2. de preb. in 6. Clem. 1. ut de lite pendente, tum quia est dominus, & Ordinarius cunctorum, Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, & Ordinarius Ordinariorum, capite cuncta per mundum, q. 3. Flamin. de reg. lib. 8. q. 7. n. 100. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 2. proem. n. 44. in summa omnium decis. tit. 4. n. 10.*

24 Hinc generalis exemptio non censetur eximere à subsidio per Papam imposto, *Iuan. Andr. in capit. cum instantia, de censibus, Cochier. de iurisd. Ord. in exemptis, p. 4. q. 7. nisi quis speciali privilegio ab huiusmodi onere nominatim eximeretur, Bellenc. dict. tract. q. 58. n. 3. ubi aduertit quod non est presumendum, quippe quod illud concedi non consueverit per text. in d. c. cum instantia, ibi, nisi forte per speciale priuilegium. Sedis Apost. quod non credimus, sit exempta, & per text. in c. accedentes, de prescript. ibi, nisi per speciale priuilegium Episcopus tamen cum Clero in sui præiudicium potest aliquem eximere à subsidio charitativo, Bellencin. dict. tract. quæst. 70. Cochier. dict. p. 4. quæst. Azor. d. cap. 14. quæst. 7.*

25 Vbi etiam quod subditi non possunt præscribere, ita ut subsidium præstare non debeant, quia tale subsidium quadam naturali æquitate, & lege charitatis debetur, contra quæ præscriptio non currit *Bellenc. q. 50.*

Quibus ex causis charitativum subsidium exigi possit?

26 **P**relatus, qui iuxta supradicta potestatem habet huiusmodi subsidium exigendi, congregato Clero cum charitate, & humanitate debet illi exprimere causam suam indigentiam, eumque hortari, quod cum cuilibet proximo in necessitate sit subueniendum, fortius sibi subuenire debet.

27 Causa autem ad tale subsidium exigendum, debet esse manifesta, & rationabilis, ne subditi grauentur plusquam par est, ut dicunt *text. in dicto cap. conuenerunt, & in d. capit. cum Apostolus, §. prohibemus.*

28 Quenam dicatur manifesta & rationabilis causa quoad intentum, & hac in re, nihil certum in iure definitur, sed arbitrio iudicis relinquendum arbitrantur *glos. verbo rationabilis, dict. §. prohibemus, recepta ut per Abb. numero 4. in fine, Cardin. numero 2. Anton. ult. Hippel. in l. questionis modum numero 6. ff. de quest. Bellencin. q. 16. num. 12. & alij quos refert, & sequitur Menoch. d. casu 178. numer. 2. Et in dubio rationabilis causa presumenda non est, quia *text. in d. capit. cum Apostolus* vers. sustinemus, non solum requirit causam rationabilem, sed quod sit manifeste talis, & casum dubium excludat, aduertit *Bel-**

lencin. questione decima octaua.

29 Rationabili causa primò potest exigere charitativum subsidium Episcopus pro sua consecratione *Grammatic. decis. 88. quem refert Aloys. Rice, dicta collect. 52. Item pro solutione debitorum, quæ contraxit Episcopus pro suæ Ecclesiæ iure tuendo, videlicet quando multa, & magna sunt debita, & aliunde ex bonis Ecclesiæ solui commode nequeat. Hostiens. in sum. tit. vi. ecclesiastica beneficia §. 1. & in tit. de censibus, §. ex quibus censibus, Butr. & Imol. in d. c. conuenerunt, Azor. d. c. 14. q. 4. in princ. praxis noua Episcop. p. 2. c. 2. n. 11.*

30 Secundo causa rationabilis exigendi huiusmodi subsidium est, si Episcopus magnas fecerit expensas in negotijs totius diocesis communibus per tractandis, *Innoc. in c. 1. de statu monach. Azor. d. c. 14. q. 4. vers. 2. Vel si lites magnæ in bonis Ecclesiæ moueantur Menoch. d. casu 178. n. 12.*

31 Tertiò si Episcopus pro fabrica suæ Ecclesiæ, vel alia re continente illius publicam utilitatem, vel conseruationem, fecerit magnam emptionem, *Oldrad. cons. 140. incip. Circa propositam quæst. Bellenc. d. tract. q. 19. Azor. d. 4. vers. 3.*

32 Quartò si Episcopus iter facturus sit ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem, ob suæ Ecclesiæ, vel diocesis, vel etiam totius Ecclesiæ generalis commune bonum, *Innoc. in cap. 1. circa fin. de statu monach. Host. Butr. & Imol. in d. cap. conuenerunt, Bellenc. d. tract. q. 20. Azor. d. qu. 4. vers. 4. Menoch. d. casu 178. n. 9. & 10.*

33 Quintò, si Episcopus visitaturus sit limina S. Petri, ut iusiurandum impleat, iuxta formam, *c. Ego N. in fine, de iureiur. & constit. Sixti §. Bellencin. d. q. 20. vers. vel quando, Azor. d. q. 4. vers. 5. praxis noua Episcop. d. numero 11.*

34 Sextò, si Episcopus velit ire ad Concilium provinciale, *Bellenc. in dict. tract. quæst. 21. Iacob. de Concilijs lib. 1. art. 5. fol. 110. colum. 1. praxis noua Episcop. d. numero 11. Marc. Anton. Gemen. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 71. num. 8. Azor. dict. q. 4. vers. 6. Quaranta in summa bullarj, verbo Concilium Provinciale, num. 8. ubi hoc intelligit, quando Episcopus esset pauper, qui non haberet ad faciendum expensas.*

35 Septimò, si Episcopus impensas necessarias, & alicuius momenti fecerit in aduentu Imperatoris, Regis, vel Principis, præsertim si ab eo habeat regalia, dummodo clericos, & Ecclesias nimium in hoc grauare, vel ad hoc compellere non debeat, *Bellencin. questione 21. Azori. d. qu. 4. versicul. septimo.*

36 Existente qualibet ex prædictis causis potest Episcopus non solum semel, sed etiam pluribus vicibus, quoties scilicet rationabilis causa subsit, charitativum subsidium exigere, *Abb. Sic. in d. cap. cum Apostolus, Bellenc. d. tract. q. 23. Remig. q. 32. Azor. d. c. 14. q. 8.*

37 Dummodo etiam à volentibus non exigat, nisi tantum quantum ascenderent procuraciones singulæ, si Prælati per alium licite visitarent per *Extravag. Benedict. XII. quæ incipit præs electionis, circa fin. §. præmissis quoque adijciendo, ubi in superiore eius parte declaratur, quæ sit quantitas illarum procuracionum; Bellencin. dict. tract. questione quadragesima prima. Quantum tamen esse debeat hoc subsidium non est iure definitum, Nauar. consil. 10. in antiq. alijs §. in nouis, sub titul. de censibus, Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 10. Menoch. casu 179. numero vltim. praxis noua Episcop. d.*

numero decimo primo verſicul. neque, itaut non valeat conſuetudo, quod Epilcopi, vel alij Prælati à ſubditis ſuis poſſunt exigere, & à volentibus recipere charitativum ſubſidium, vltra taxam poſitam in d. Extravaſagat. ſus electionis, Bellencin. quaſtione 42. & quaſtione 44. offendit quæ pænæ imponantur exigentibus charitativum ſubſidium vltra taxam, & q. 46. quod ſubditi poſſunt denegare charitativum ſubſidium Epilcopo in eo, in quo excedit taxam.

38 Et quod clerici ex vrgenti cauſa poſſint compelli ſoluere charitativum ſubſidium vltra taxam ſolitam dicit Marc. Anton. Genueſis, in practica, Eccleſ. quaſt. 640.

*A quibus perſonis charitativum ſubſidium
exigi poſſit?*

39 Epilcopus iure poteſt tale ſubſidium ratione beneficiorum exigere à Clero, & Eccleſijs ſuæ Ciuitatis, & diœceſis, capit. conſuente, de officio Ordini. Nauar. conſil. 10. in antiq. alias 5. in nouis, ſub titul. de cenſib. ſayr. in ſtoribus deciſ. ſub eodem titul. deciſ. 10. Et licet vrgente neceſſitate charitativum ſubſidium à ſuis clericis petere poſſit, capit. cum Apoſtolus, §. 1. de cenſibus, aliquid tamen tanquam ſibi debitum, ceſſante illa, dummodo conſuetudine immemoriali, & bona fide illud non præſcripſerit, petere nequit, Nauar. conſil. 7. aliàs 3. in nouis, ſub titul. de cenſibus, ſayr. ſub eodem titul. deciſione ſeptim.

40 A laicis vero non poteſt, vt colligitur ex cap. quia cognouimus 10. quaſtione tertia. Nec obſtat, quod dicitur in cap. cum Apoſtolus, §. prohibemus, de cenſibus.

41 Quatenus habet poſſe Epilcopum huiusmodi ſubſidium à ſubditis petere, quia reſpondetur id intelligendum de eccleſiaſticis, vt loquitur d. cap. conſuente, tum quia ſtrictè, & proprie ſumendo laici diœceſani non dicuntur ſubditi Epilcopi, licet quoad quædam foro ſuo ſubſiciantur, vt notat gloſ. verbo ſubditos, in Clement. 1. de foro comp. ita Bellencin. de charitativum ſubſidio, quaſtione 26. Azor. in ſtitut. moral. par. 2. libro nono capite 14. quaſtione 6. in princip.

42 Vide tamen an ratione feudi, vel officij gratuiti teneantur & laici aliquid contribuere? Et quartam partem annui redditus ipſius feudi pro ſubſidio charitativum eſſe ſoluendam reſoluit, Aſſiſt. deciſ. 136. quem refert Aloyſ. Ricci. d. collect. 52.

43 Capitulum, ſeu Canonici Eccleſiæ Cathedralis tenentur Epilcopo ſuo præſtare charitativum ſubſidium, quando ab eo petitur ex legitimis cauſis, de quibus dictum eſt ſupra, quia fortius ipſi debent ei ſubuenire, quam cæteri, cum dignius ſit, quod membra ſubueniant capiti ſuo, quam extranei, argum. capit. cum non liceat, de præſcript. & cap. requiſiſti de teſt. am. Bellencin. d. tractatu q. 27. Remig. de Gonn. de charitat. ſubſid. q. 38. Moneta de diſtribut. quorid. par. 3. q. 9. n. 20.

44 Ex diſtributionibus tamè quotidianis inſpecto iure communi non debetur charitativum ſubſidium niſi contrarium fuiſſet ſancitum Bellencin. q. 76. Gonz. ad regul. 8. Cancell. §. 7. præam. n. 174. d. de iura de diſtribut. quorid. par. 3. q. 9. a. n. 19.

45 Monasteria non tenentur præſtare Epilcopo charitativum ſubſidium, ita Ioan. Andr. Butr. Imol. in cap. dilectus, de officio Ordini. Innoc. in cap. 1. de ſtatu monach. Hoſt. in ſum. ſilv. tit. & tit. de cenſibus, §. ex quibus cauſis, verſ. item Epilcopus exigit Bellencin. q. 29. Remig. de Gonn. eodem tract. q. 21. Fr. Emmanuel. quaſt. Regul. tom. 2. q. 66. artic. 1. & 2. Azor. d. q. 6. verſ. item non poteſt. Ratio eſt, quia exactio charitativum ſubſidij, eſt de lege diœceſana, & non iuriſdictionis, Bellencin. q. 28. Cochier. de iuriſd. Ordinar. in exemptos, par. 1. q. 25. n. 8. à qua lege diœceſana monasteria ſunt exempta, vt probant tex. in cap. ne pro cuiuſlibet, 16. quaſt. 1. & in c. 1. de ſtatu monach.

46 Non obſtat Clem. 1. & 2. de cenſibus vbi dicitur Religioſos debere ſoluere iura Epilcopalia, & ſubſtare onera, niſi ſe tueri poſſint ſpeciali priuilegio Papæ, & conſuetudine: quia reſpondetur ibi ſermonem eſſe de monaſteriis habentibus Eccleſias ſeculares ſibi ſubiectas, quæ Eccleſiæ antequam monaſterio ſubijcerentur, ſoluere conſueuerant Epilcopo tale ſubſidium charitatis, & alia iura Epilcopalia, ac proinde cenſentur vnire monaſterio cum ſuo onere, cum quo tranſiit res, capit. præſtatis, de decim. cap. quia monaſterium, de relig. annu. ita Azor. vbi proxime, & Cochier. d. numer. nono verſ. limita primo, vbi verſicul. limita ſecundo, dicit quod ſi monaſterium habeat populum ratione illius tenebitur ad omnia, quæ ſunt legis diœceſanæ, & per conſequens ad charitativum ſubſidium.

47 Exemptæ Eccleſiæ non tenentur præſtare Epilcopo charitativum ſubſidium, ita Card. in Clem. frequens §. nonnulli, in 3. oppoſit. de exceſſ. Prælati vbi Paul. & Petr. de Anchar. in verſ. 8. not. Bellencin. quaſtione 32. Azor. d. q. 6. verſic. item non poteſt, Cochier. de iuriſdictione Ordinar. in exemptos, par. 4. quaſtione nona per totam Quod maxime procedit, ſi exemptio ſit data cum plena libertate, id enim importat exemptionem non modo à iuriſdictione, ſed etiam ab omnibus, quæ ſunt de lege diœceſana, inter quæ charitativum ſubſidium numeratur, vt ſupra dictum eſt numero præcedenti, ita Bellencin. d. quaſtione 32. numero octauo. Cochier. d. quaſt. 9. num. primo. Limitatur tamen primo, niſi exempti haberent haberent populum non exemptum, quia eo reſpectu exigi poſſet huiusmodi præſtatio, Bellencin. d. quaſt. 32. numero quinto verſic. & pro talibus. Cochier. dicta quaſtione 9. numero ſecundo. Limitatur ſecundo, niſi in priuilegio exemptionis appoſita eſſet clauſula vulgaris, volumus autem, quod Eccleſia huiusmodi exempta cum charitate priori cum Epilcopo ſuo remaneat, Abb. conſil. 102. incip. Omnipotentis Dei poſtulado ſuffragio, volumus. 1. Bellencin. dicta quaſt. 32. in fine, Cochier. par. 1. q. 9. num. 9. & par. 4. q. 9. n. 3.

48 Cum huiusmodi ſubſidium peti debeat à perſonis clericorum ratione beneficiorum ſuorum, prout iuxta tex. in dict. cap. conſuente, & in d. cap. cum Apoſtolus, reſoluit Nauar. conſil. 10. in antiq. aliàs 5. in nouis, ſub tit. de cenſibus, & ſayr. in ſtoribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 10 non poterunt clerici nullum eccleſiaſticum beneficium habentes villo iure cogi Epilcopo ſubſidium præſtare, quamuis habeant ampla patrimonia, Bellencin. q. 31. Azor. dicta q. 6. verſ. in ſuper. licet dubitet Nauar. vbi proxime.

49 Clerici pauperes, qui ſcilicet ex ſuorum beneficiorum redditibus nihil habent vltra commodum, & honeſtum victum, minime cogi poſſunt

ad tale subsidium præstandum, nam certe grauentur, si eorum victus minueretur, *Bellencin. q. 30. Quaranta ubi supra, praxis noua Episcopali. num. 11. Azori. d. quæst. 6. versic. quid dicendum.*

50 Hinc beneficium habens, sed nullos fructus percipiens propter assidua bella, inundationes aquarum, vel ob alium fortuitum casum, nullo iure cogitur ad huiusmodi subsidium Episcopo præstandum, *Remig. de Gorn. q. 37. nu. 5. & quæst. 40. & 41. Moneta. d. quæst. 9. num. 21. Bellencin. q. 34. cum sequen. Azori. d. quæst. 6. versic. Clericus, qui etiam tenent tale subsidium exigi posse ab eo, qui est beneficii possessor, siue bona, siue mala fide: iam resoluunt, si duo litigent de beneficio, quorum uterque contendit ad se beneficium pertinere, tunc liberum esse Episcopo subsidium exigere ab eo, quem maluerit, at si is, qui subsidium soluerit victus in lite fuerit ab aduersario, ius habet repetendi tantundem, quantum soluit, alioquin iure compensationis uti potest.*

51 Rector Ecclesiam habens in vna diocesi, in alia vero prædia, & possessiones, ex quibus fructus beneficii percipit, debet soluere subsidium Episcopo, in cuius diocesi est Ecclesia, quia tale onus sustinent beneficiarii, ratione Ecclesiarum, quas habent, ita *Bellencin. q. 35. Azori. d. q. 6. versic. quid dicendum.*

52 Pensionarius clericus, & Rector beneficii pro rata portione tenentur ad subsidium, *Bellencin. q. 37. Azori. d. q. 6. versic. si quæras, Gigg. de pension. quæst. 38. Flamin. de confid. q. 23. numer. 7. Sed re vera Curia Romanæ stylus habet, ut pensio auctoritate Papæ assignata alicui, sit immunis & libera ab omni onere, etiam subsidii charitatis, & ideo quando Papa clerico pensionem assignat liberam ab omni subsidio charitatis, Rector beneficii debet ex toto illud soluere.*

53 Ecclesia si in confinio duarum diocesum sit, ambo Episcopi se concordare debent, ut alternis vicibus subsidium exigant, *argum. Clement. plures, de iure patron. quod si conuenire renuant, tunc iure poterit Archiepiscopus præcipere, ut conueniant, eo quod talis eorum discordia est Ecclesiæ damnosa; ita Bellencin. q. 52. Azori. d. q. 6. versic. quid dicendum.*

54 Successor in beneficio soluere subsidium cogitur, quod antecessor beneficiarius non soluit, *argum. l. Imperatores, ff. de impensis, & l. hactenus, ff. de usufructu, Bellencin. q. 51. Azori. d. q. 6. in fine, ubi resoluit posse Episcopum conuenire successorem, vel antecessorem, si adhuc viuus sit, ut maluerit, & subsidium petere.*

55 Hospitalia causa communis pietatis extructa, quando titulum beneficii habent, obligantur ad subsidium, *Bellencin. q. 38. Azori. d. q. 6. versic. si rogēs, qui etiam resoluunt, quod si huiusmodi hospitalia auctoritate Episcopi fundata non sint, grauari nequeunt onere subsidii, quia religiosa, & sacra loca non sunt, & possunt ad profanos vsus redire priuata fundatoris auctoritate; secus tamen si Episcopi auctoritate fundentur, cum ab illis sicut ab Ecclesiis suæ diocesis exigere subsidium charitatis, & alia iura Episcopalia Episcopus possit. Quomodo vero Episcopi auctoritate fundata dici possint, vide quæ diximus in Allegat. 75. n. 5. cum sequentibus.*

S P M M A R I V M.

1 Indulgentia est remissio pænæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus iam dimissis, concessa homini existenti in gratia à Præbato per applicationem thesauri ecclesiastici.

2 Plenaria indulgentia est illa, qua remittitur tota pænæ.

3 Indulgentia temporalis dicitur illa, qua non remittitur tota pænæ, sed eius tantum pars relaxatur.

4 Indulgentia carena, quadragesima, & septena qua sint, ostenditur.

5 Papa tantum plenarias potest indulgentias concedere, Episcopi vero temporales, limitatas, seu partiales.

6 Indulgentias concedendi potestas est iurisdictionis, & non Ordinis.

7 Indulgentias temporales potest concedere Episcopus etiā non consecratus, aut ordinatus, dummodo sit electus, & confirmatus.

8 Indulgentias concedendi potestas penes Papam est iure diuino à Deo proximo accepta, penes Episcopos vero est iure communi, & Ordinario.

9 Indulgentias plenarias concedendi potestas à Papa est delegabilis.

10 Indulgentias temporales concedendi potestatem Episcopus non solum suo Vicario, verum etiam Clerico demandare potest.

11 Laico non potest demandari ab Episcopo potestas concedendi indulgentias.

12 Indulgentias non potest concedere Episcopus excommunicatus, denunciatus, seu vitandus.

13 Indulgentias valide, ac sine peccato secluso scandalo non præsumo, concedit Episcopus dum in mort. peccato existit.

14 Indulgentia temporalis, quas Episcopus concedere potest, qua sint, ostenditur.

15 Archiepiscopus habet facultatem concedendi indulgentias per totam suam provinciam, & Archiepiscopatum, etiam si non sit in actu visitationis.

16 Indulgentias concedere est voluntaria iurisdictionis.

17 Indulgentias iure proprio nullus inferior Episcopo potest concedere.

18 Indulgentias concedit Episcopo inferior ex consuetudine, etiam si non sit Presbyter.

19 Prælati religionis quamuis habeat quasi Episcopalem auctoritatem in Regulares sibi subditos, iure ipso non potest indulgentias concedere.

20 Parochus indulgentias concedere non potest.

21 Capitulum Sede vacante, an valeat indulgentias concedere, ostenditur.

22 Indulgentia concessa ab Episcopo, vel Archiepiscopo si exceperint numerum taxatum in capit. cum ex eo, de penitent. an valeant, ostenditur.

23 Indulgentias Episcopus concedere tantum potest subditis suis.

24 Indulgentias pro mortuis non potest Episcopus concedere.

25 Indulgentias ab alio Episcopo concessas lucrantur exteri de proprij licentia.

26 Exemplis an possit Episcopus indulgentias concedere, ostenditur.

27 Exempli habentur instar extraneorum.

28 Indulgentijs, quas alij concessit, frui & gaudere potest Episcopus.